

EPISTOLA

rissime, cum celeberrimi viri Andrea Liba-
 nij praxin Alchymia Latio donares, quod sit
 vera Chymia officium, re & verbis apertè
 docuisti: haudquaquam principiorum vel
 physicorum vel medicorum evidentiam tot
 centenis annis firmiter constitutã, novorum
 commentorum labe aspergendam esse. Sim-
 plicium potius medicamentorum prepara-
 tioni omnem operam dandam: quã in ef-
 fectum ductã elegans Medicus in finem re-
 stituenda sanitatis utatur. Id ipsum verò
 quotidie tu factitas, E G S I doctissime. Nul-
 lis sumptibus, nullis parcis laboribus, quò tibi
 medica instrumẽta, domi tuæ Chymicè pro-
 gnata, abundè sufficiant. Cum doleres me-
 cum, candorẽ & integritatem Chymia plu-
 riũ abusu ineptissimè denigrari, huius ipsius
 argumenti, paulò altiùs ex suis fontibus de-
 ducendi, primus mihi auctor ante annum
 circiter extitisti. Vnde recordatus dicti Ho-
 merici, ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπλετο δέξῃ. Ὁ ὄρνις,
 negotium tuis monitis, tardiùs licet, quàm
 ipse putãram, aggressus sum: paucisq; verbis
 id inclusi, quod animo menteq; mea iugiter
 hætenus agitabam. Faxit OPT. MAX. bo-
 norum omnium pacis publicæ privatæq; lar-
 gitor, ut non solùm τὰ δέοντα cogitem & lo-
 quar: